

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 5. Specialis benedictio, quâ utitur Ecclesia in hoc oleo infirmorum,  
est-ne de necessitate hujus Sacramenti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

*De Sacram. Extr. Vnct. Cap. I. 227*  
sanitati animæ utilis sit. Hanc definitionem  
sequentibus quæstionibus pleniùs explicabimus.

*Quæst. 3.* Quisnam instituit hoc Sacra-  
mentum?

*Resp.* Christus Dominus noster, qui & cæ-  
tera Sacraenta instituit: ut enim ait Conci-  
lium Tridentinum: *Instituta est autem Sacra* Concil. Tri-  
*hac Vnctio infirorum, tanquam verè &* dent. sess. 14.  
*propriè Sacramentum novi Testamenti à Chris-* De Sacram.  
*to Domino nostro, apud Marcum quidem in-* Unct. cap. 1.  
*sinutatum, per Jacobum autem Apostolum ac*  
*Domini fratrem, fidelibus commendatum ac*  
*promulgatum: Infirmatur, inquit, quis in*  
*vobis inducat Presbyteros Ecclesiarum, & orent*  
*super eum, ungentes eum oleo in nomine Do-*  
*mini; & Oratio fidei salvabit infirmum, &*  
*alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit,*  
*dimittentur ei.*

*Quæst. 4.* Quænam est materia hujus Sa-  
cramenti?

*Resp.* Eam his verbis definit Concilium Tri-  
dentinum. *Intellexit enim Ecclesia materiam Conc. Tri.*  
*esse oleum ab Episcopo benedictum: Nam ibid,*  
*Vnctio aptissimè Spiritus-sancti gratiam, quā*  
*invisibiliter anima agrotantis inungitur, re-*  
*presentat.*

*Quæst. 5.* Specialis benedictio, quā uititur  
Ecclesia in hoc oleo infirorum, est-ne de  
necessitate hujus Sacramenti?

*Resp.* Videtur esse de necessitate; ita ut si  
Presbyter infirmum periculosè decubentem  
ungeret oleo, vel non consecrato, vel per  
alium, quam per Episcopum, nullum penitus  
esset Sacramentum: & ratio est, quia quando  
Concilium Tridentinum definit oleum ab  
Episcopo benedictum, esse materiam Sacra-  
menti Extremæ-Uncionis, videtur tantum  
voluisse loqui, de oleo benedicto in usum

## 222 TRACTATUS VII.

hujus Sacramenti & non aliorum.

Quæst. 6. Quid agendum esset à Presbytero, qui per errorem usus fuisset in administrando hoc Sacramento, oleo Catechumenorum, aut Chrismatis?

S. Carol. Aet. Resp. Ex sancto Carolo: Si per errorem sap. 4. Instruct. cerdos aliud oleum, quam quod infirmorum Extrem. Vnot. est, ad agrotum ungendum unquam adhibuerit, etiamsi Chrismatis aut Catechumenorum sit; ut erratum emendet, olei sacri quod proprium infirmorum est, unctionem eidem adhibeat, tumque Sacramenti formam iteret.

Quæst. 7. Quid agere debet Sacerdos, cum non sufficit oleum consecratum ad unctiones perficiendas?

Resp. Ex Rituali Romano, de Sacramento Extremæ-Untionis: Si forte intra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicte in minori quantitate superinfuso reparari potest.

Quæst. 8. Quare oleum Extremæ-Untionis oportet esse benedictum?

Resp. Sanctus Thomas huic quæstiōni ref. S. Thom. in Pondet his verbis. Potest autem triplex ratio suppl. 3. p. assignari, quare exigitur materia sanctificatio q. 29. art. 5. in hoc Sacramento. Prima est, quia omnis in corp. efficacia Sacramentorum à Christo descendit: & ideo Sacraenta illa, quibus ipse est usus, habent efficaciam ex ipso usus suo, sicut tactu sua carnis vim regenerativam contulit aquis. Sed hoc Sacramento non est usus, nec aliqua corporali unctione: & ideo in omnibus unctionibus requiritur sanctificatio materia. Secunda causa est, propter plenitudinem gratiae que confertur, non solum ut tollat culpam, sed etiam reliquias culpa, & infirmitatem corporis. Tertia est ex eo quod effectus ejus corpo-